



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Hercvles Prodicivs Sev Principis Jvventvtis Vita Et  
Peregrinatio**

**Pighius, Stephanus Vinandus**

**Coloniae, 1609**

Io. Baptistae, Fontei Mediolanensis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13033**

ELEGIAE  
IO. BAPTISTÆ, FONTEII  
MEDIOLANENSIS.

De obitu Caruli Friderici adolescentis,  
Principis Cliviæ:

Meritum lachrumas casum, meritumq; querellus,  
Ergo obiit Princeps Clivio, ergo oblit?  
Ut iuvenis quondam deflendiss utriq; parenti  
Marcello genitus concidit ante diem.  
Conde tuos, si quid respectas, Parrhasius ignes:  
Horatib; vasto mergier oceano  
Ille decus generis, cui Caesar avunculus, & cui  
Dux pater, & Reges sanguine frustim.  
Quanta barbarico, quanta spe victor ab hoste  
Olim ster dignos coniugis in thalamos.  
O Di, quorum aris supplex imponere honorem  
Sueverat, & vitam puriter exigere,  
Scitis ut à patrib; digressus Carulus oris,  
Cum sanctam coleret, cum pietate fidem,  
Venerit expositas pro vestris cernere templis  
Calestes vera Religionis opes,  
Moreq; sacramum diuino accepereit ensim,  
Et dextram summi verbaq; Gregorii.  
Nonne fuit satius vestris ex hostibus, eque  
Sacrilegis aliquem occumbere principibus?  
Turca fuit vobis inimica in gente tyrannus,  
Fas fuit à Selymo sumere supplicium.  
Regnatorem Asia peterent ostenta Comete  
Non hunc, si magnos flamma comata petat.  
Heu quem non atas, non vota precesq; piorunt  
Nec virtus iubat vixida, nec bonitas:  
Tales fundenti geminis illustris imago  
Principis hec visa est reddere verba misi:  
Pontifice sancto nimio dilectus amore  
Aspexi caram carior Italiam:  
Desine te insanis incendere vane querellis,  
Et venisse aliquid mi reputare mali:  
Gaudia cui permulta beatam sed e paratis  
Ex hac perpetua sunt pietatis meæ.

Tertio

Tarareis Selymius, ne sicutum rere, catherinis  
 Virtus vincit perpetuus furtas.  
 Ast ego pro maestro superos orare parentem  
 Ereptus rebus nunc quee miseris.  
 Ille circa regnis tristis spoliatus opimis,  
 Sontis praesentis supplicium sobolis.

A N Ω Ν Y M A K A I A Δ E S P O T A  
 quædam epigrammata, quibus Romæ docti Carulli  
 Principis funus celebrarunt.

A teneris Christo fuit is gratissimus annis  
 Natura cunctos dotibus exuperans  
 Nunc ideo ad Superum transit consortia, Christus  
 Atque dedit vita nobiliore frustis.  
 Nam quicunque fuit Christi dilectus alumnus  
 Hic bonus ac prudens, atque beatus erit.

Aliud.

Aspice nunc mortale genus, quid marmor obumbrat.  
 Aspice namque eadem te quoque fata manent.  
 Carulus ingenti iacet hac sub mole sepultus  
 Magnanimi hic tumulus continet ossa Duci;  
 Cuius fama adiut Mauros gentemque Scytharum,  
 Persas et populos quos beat unda Tagi.  
 Nam fuit insignis pietate, et maximus armis,  
 Sed nimium properans venit acerba dies.  
 Heroem hunc magnum partis generosa triumphis  
 Tentona terra iulit, nunc pia Roma tenet.  
 Omnibus est vota cursus, et meta laborum:  
 Nemo potest votis flectere fatas suis.

Aliud:

Carulus o quoties mortis discrimina versans,  
 Outinam, dixit, sit mihi Roma quies!  
 Illic nam moriens placide subiisse fatebor  
 Falcigeræ virtute telâ cruenta Dea.  
 Ut vero vidit Roma sibi certa parari  
 Funera, nunc, dixit, terrea linquo libens.  
 Inter nam Christi proceres en corpora linquo;  
 En inter summi Pontificisque manus.

Ge

Talid

Talia dum memorans cupit, atq; ardenter impat:  
Deseruit terras, transiit astra celer.

Lachrymæ.

O funus maestum Carulus et lachrymabile mundo,  
Invisum Clivis Romuleisq; viris.

O tubar extinctum Phœbo lucentius orbis  
Quod tenebras tantas deseruisse potes.

O Clivis columen, carissima una parentis,  
Orarus longa posteritatis bonos.

Quare de medio viridis mors seva luventia  
Abstulit e terris, intrepidaq; manu?

Parcere non possum lachrymis, Germania parces?  
Plange, nec amissum desine flera Discem.

Aliud. Jesus Maria.

Magnam animam Carulus Roma noscere hospes agebat:  
Ingemuit sancta urbs Gregoriusq; pater.

Ergo calicolas votis practibusq; fatigant,  
Reddatur tanto vita saluq; viro.

Audit omnipotens, mox vita redditur Heros:  
Magnarent magnos gaudia Romulidas

At Carulus superas qui iam introspexerat arces,  
Siccine magne Pater iam data regna negas?

Dulcum mortalitatis vita piget, atq; beatam  
Suspicio, hec detur vita, salusq; mihi.

Talia dicentem Rector miseratus Olympi,  
Vera, ait, eccedatur vita salusq; sens.

Aliud.

Nobilitas si clara potens, si dextera bello,  
Quaq; placet cunctis gratia, forma, decies,

Si probitas, virtus possent obſſere mortis,  
Et mortis possent frangere tela trucis:

Non foret extinctus Clivus Dux inclitus orbis,  
Invictis armis ingenioq; valens,

Aliud.

Dum celebri Caroli per aguntur funera pompa,  
Aurea crinitus condidit ora Deus.

Et velut ilachrymis plus via testatur alumni  
Quam sibi dilecti mors sit amara sui.

Qui doctrinam vita et splendore corsicans,  
Fulgidus in terris sol velut alter erat

Aliud.

Aliud.


Maxima quem mundi superant duo lumina amarunt,  
 Arbiter Imperii, Christiadumq; Pater:  
 Qui leges servare sacras vix ubera vitans  
 Instituit, (dolor hem) mors violenta rapit.  
 Gregorius Pastor lugis singultibus ora  
 Humectat, cernens hinc mala multa pissa.  
 Quippe iubar fidei populum sub invanephandum  
 Sperarat rediens cogere Christigenum.  
 Rector at Imperii materno huic sanguine iunctus,  
 Quam dolet affinis tam fera fata fut.  
 Contra Divorum gaudet sanctissimus ordo,  
 Ex quibus hic unus iam Fridericus erit.

IN LUCTUOSAM GENEROSISSIMI  
 adolescentis Caruli Friderici, Illustrissimi Clementissi-  
 miq; Principis ac Domini, D. Guilhelmi, Ducis Juliacensi,  
 Clivini, Montensi, &c. filii mortem, Ode funebris. Pet  
 M. G. C. E.

Ecquid ut altatum est Roma defunere nostri  
 Principis, illustri Principe patres sati:  
 Squallida nunquid eras subito Germania luctu?  
 Et perculta Dmci funere nunquid eras?  
 Hand fas esse puto Vel eburna plectra moveri,  
 Lumen sed fletu dissoluenda reor.  
 Mors quia non timuit tam clarum tangere nomen,  
 Ac nos luctificis exagitare modis.  
 Deservit corpus fragile illustrissimus heros,  
 Certior est uitam vita secuta breuem.  
 Non pietas, non ingenium, non nomen avorum,  
 Non illum est tuitus stemmatis altus honor.  
 Auribus hanc huncit famam Gangetica tellus,  
 Clivadum fatis occubuisse Ducem.  
 Quaq; Notus spirat, molles qua thura Sabaei  
 Accumulant, casus flebilis iste patet.  
 Nec mirum: quis enim, quamvis adamante ligatur  
 Audita haec lachrymas mittere morte queat?  
 Hunc, hunc purpureo dignata corona galero  
 Luges, & obtundit pectora moesta frequens.  
 Nec quoq; Cardineus chorus obseruandus amaris  
 Temperat à lachrymis, fletibus ora rigat.

Carule Teutonica praelustri gloria gentis,  
 Dignus, ut hoc aëo non morereris, eras.  
 Ast medio caru dum iam traducitur atas,  
 Persequitur variis mors fera quemq; modis.  
 Carule Dux, semel at posita compage caduci  
 Corporis, aeternum uires in arce poli.  
 Hoc tua sic merita est praestans & vita virtus,  
 Virtus in celum quare redimitus abis.  
 Taucula terra tegit corpus, sed spiritus astra  
 Incolit, & nunquam dein moriturus erit.  
 O tunam Lachefim potuisse carmina nostra  
 Flectere! non huius vita resecta foret.  
 Quin nova defectis cupissent velle & Parca  
 Agglomerare colis, & superesset adhuc.  
 Non suprema tamelius hunc deprendit inertem,  
 Moribus at vita, iudicioq; gravem.  
 Epitaphi loco.

Carulus hic situs est patrii candoris imago,  
 Cui tribuit meritum maxima Roma decus.  
 Quiq; atate fuit uenit, sed moribus, ore,  
 Ingenio, studiis, & gravitate senex.  
 Condidit hic corpus generosus & inclitus heros,  
 Gloria sed nullo fine premenda manet.



AUCTO-